



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1508. usque ad annum 1513

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1769

VD18 90118456

§. 64. Plurium Cardinalium obitus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66433](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66433)

Sæcul. XVI.
A.C. 1511.

§. LXIV.

Plurium Cardinalium obitus.

Hic annus Sacro Purpuratorum Collegio non solum funestus accidit ob necem Francisci Aledosii Papiensis Cardinalis, quem post captam a Gallis Bononiam ab Urbinatis Duce Julii II. Nepote trucidatum memoravimus, sed plurium etiam aliorum Cardinalium obitum Roma luxit; e vivis enim excefferant, Oliverius Caraffa, Ludovicus Borgia, Petrus Isualia Sicalus, Gabriel de Gabriellibus, Fanensis, & Franciscus Argentinus patria Venetus.

§. LXV.

Oliverius Caraffa.

*Ciacon. in
Paul. II. t. 2.*

Oliverius Caraffa natione Neapolitanus, filius erat Francisci Caraffæ, qui Anno millesimo quadringentesimo sexagesimo a Florentinis in Sarnensi prælio captus demum octogesimo quarto ætatis anno extremum diem obiit. Oliverius ejus filius ad Archiepiscopalem Neapolis Ecclesiam vocatus, Anno salutis millesimo quadringentesimo sexagesimo quarto a Paulo II. Cardinalis tit. SS. Marcellini & Petri creatus est, postea Albanensis, Sabinensis, Ostiensis, Sacrique Collegii Decanus